UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Ad Fuscum aristium

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

ceamur quicquã nobis ꝑ ambitõem arrogare magis quã officio coacti petere. Captat ergo beniuolentiã a ꝑſona ſua. q̃ niſi officio ſa neceſſitate cogat ſibi moleſtus nõ ſit futurus Oſtendit petitionem honeſtã q̃ ⁊ amicũ ⁊ ſtudioſum hoiem ꝯmendat. Oſtẽdit vtilem qñ a docto doctus doctrine fructũ capere poſſit.

¶Ad Claudium Neronem

Septimius claudi nimirum intelligit vnus
Quanti me facias: nam me rogat ⁊ prece cogit
Scilicet vt tibi ſe laudare ⁊ tradere coner
Dignum mente: domoq; legentis honeſta Neronis
Munere cum fungi propioris cenſet amici
Quid poſſim videt: ac nouit me valdius ipſo
Multa quidem dixi cur excuſatus abirem
Sed timui mea ne finxiſſe minora putarer
Diſſimulator opis proprie: mihi commodus vni
Sic ego maioris fugiens opprobria culpe
Frontis ad vrbane deſcendi premia: quod ſi
Depoſitum laudas ob amici iuſſa pudorem
Scribe tui gregis hunc ⁊ fortem crede bonumq;.

¶Argumentum epiſtole.x.

Oſtendit poſſe q̃rem hoies in ꝓbitate vite. ⁊ in omni ꝟtute ꝯuenire. ⁊ tñ in ipſa vita vario viuẽdi gñe delectari Componitq; vrbanã ſimul ⁊ ruſticanã vitã ſed ꝑponit ruſticanã vitã qm̃ maioris ocij ſit ad tranquille viuendum ⁊ minora ⁊ minꝰ multa inſtrumenta exigat

¶Ad Fuſcum ariſtium

Vrbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus
Ruris amatores: hac in re ſcilicet vna
Multum diſſimiles ad cetera poene gemelli
Fraternis animis: quicquid negat alter ⁊ alter
Annuimus pariter vetuli notiq; columbi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tu nidum ſeruas: ego laudo ruris amoeni
Riuos: ⁊ muſco circumlita ſaxa nemuſq̧
Quid queris: viuo ⁊ regno. ſimul iſta reliqui
Quę vos ad coelum fertis rumore ſecundo
Uſq̧ ſacerdotis fugitiuus liba recuſo
Pane egeo iam mellitis potiore placentis
Uiuere nature ſi conuenienter oportet
Ponendeq̧ domo querenda eſt area primum
Nouiſti ne locum potiorem rure beato
Eſt vbi plus tepeant hyemes: vbi gratior aura
Leniat: ⁊ rabiem canis ⁊ momenta leonis
Cum ſemel accepit ſolem furibundus acutum
Eſt vbi diuellat ſomnos minus inuida cura.
Deterius libycis olet aut nitet herba lapillis
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum
Q̄ quę per pronum trepidat cū murmure riuum
Nempe inter varias nutritur ſilua columnas
Laudaturq̧ domus que longos proſpicit agros
Naturam expelles furca: tamen vſquę recurret
Et mala perrumpit furtim veſtigia victrix
Non qui ſidonio contendere callidus oſtro
Neſcit aquinatem potantia vellera ſuccum
Certius accipiet damnum propiusue medullis
Q̄ qui non poterit vero diſtinguere falſum
Quem res plus nimio delectauere ſecunde
Mutate quatient: ſi quid mirabere pones
Inuitus: fuge magna: licet ſub paupere tecto
Reges ⁊ regum vita precurrere amicos
Ceruus ęquum pugna melior cōibus herbis

Liber Primus

Pellebat. donec minor incertamine longo
Implorauit opes hominis frenumq; recepit
Sed poſtquam victor violens diſceſſit ab hoſte
Non equitem dorſo non frenum depulit ore
Sic qui pauperiem veritus potiore metallis
Libertate caret: dominum vehet improbus atq;
Seruiet ęternum: qui paruo neſciet vti
Cui non conueniet ſua res: vt calceus olim
Si pede maior erit: ſubuertet ſi minor vret
Lętus ſorte tua viues ſapienter ariſti
Nec me dimittes incaſtigatum: vbi plura
Cogere q; ſatis eſt: ac non ceſſare videbor
Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuiq;
Tortum digna ſequi potius q; ducere funem
Hęc tibi dictabam poſt fanum putre vacunne
Excepto quod non ſimul eſſes: cętera lętus.

Argumentum epiſtole. xi.

Eodem pene argumento vtitur. quo & in pleriſq;. Sed miro ingenio eandem rem mirifice variat. Ergo ſub nomine Bullatij amici ſui dominis omnino plurima cupientis, et propterea varias regiones queſtus cauſa petentis. perturbationes animorum damnet. negatq; quenq; beatum eſſe poſſe qui illis modum non ſtatuit

Ad Bullatium

Quid tibi viſa chios Bullati notaq; leſbos
Quid concinna ſamos. quid creſi regia ſardis
Smyrna quid & colophon maiora minoraue fama
Cuncta ne pre campo & tyberino flumine ſordent.
An venit in votum atalicis ex vrbibus vna